THESAVRVS BIBLIORVM,

OMNEM VTRIVSQVE VITÆ ANTIDOTVM ſecundùm vtriuſque inſtrumenti veritate, & hiſtoriam ſuccinctè complectens.

Opera, & induſtria GVLIELMI ALLOTTI *Angli ſacræ Theologiæ ſtudioſi, collectus ac concinnatus.*

CVI IN CALCE ACCESSIT INDEX EVANgeliorum Dominicalium in ſeries ſuas certas, & capita diſſectorum.

Omnibus Paſtoribus, Concionatoribus, iiſque qui in ſchola Chriſti proficere, tum etiam his qui piè & prudenter in Ciuilium rerum adminiſtratione verſari cupiunt admodum vtilis.

Hac Poſtrema editione à mendis plurimis repurgatus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LVGDVNI,

Sumptibus Ludouici Ganaræi

CIↃ IↃ XXCIII.

BEATISSIMO PATRI ET SANCTISSIMO D. GREGORIO HVIVS NOMINIS TERTIODECIMO Pontifici Maximo.

PRAECELLENS atque præclarũ illud (Beatiſſime pater) Pontificatus tui ſpecimen, cui de ſcripturis iudicare, atque decernere iure optimo cõpetit, hoc ipſum à me Impræſentiarum poſtulat, quod niſi me tuæ ſanctitatis authoritas paterna commoueret, naturæ meæ verecundia nullo modo ferret. Neſcius enim non ſum qua animi gratitudine & candore, quantáque cura, & ſolicitudine, fractos nos & exilio deiectos Anglos admirabilis tua ſanctitas ſuſceperit: Cum te nihil non facturum oſtenderis, quo rebus noſtris afflictis, aliquid opis, & auxilij adferre poſſis. Regnoque Angliæ olim florentiſſimo, religioniſque auitæ ſtudioſiſſimo hæreticorum iam furiis & flammis vndique infeſtato, ac conuulſo, ſolatij interim aliquid atque vberioris ſpei attuleris. In quo tuo tam inſigni & ſingulari virtutis ſtudio, PRIMATVS tui ſacram Maieſtatem, mirificè auxiſti, atque amplificaſti: nomenque ipſum GREGORIANVM (quod à maioribus rerum geſtarum celebritate non ſine diuino ſpiritus ſancti afflatu cumulatiſſimis acceperis) multo reddidiſti ſucceſſoribus tuis glorioſius atque auguſtius. De beneficentia vero tuæ beatitudinis non eſt quod taceam quæ non modo toto pontificatus tui tranſacto tempore (qui totius Chriſtianiſmi columen extitis & princeps) per nos ſolum promanarit: verum etiã per omnes verè Chriſtianos Principes longè latéque diſperſa ſit ac diffuſa. Quæ niſi fœliciter, & oportune interceſſiſſet, metuendum eſſet, ne iactata hodie in tantis rerum omnium fluctibus atque procellis, ſolutáque Reipublicæ mẽbra quæ fulciuntur & ſuſtentãtur, multo certè acriùs & vehementius Cathol. fidei nomen periclitaretur, ſi non (quod Deus auertat) funditus tolleretur atque periret. Quæ cũ obſcura eſſe non poſſint (Sanctiſſime pater) non potui hunc Gregoriani honoris & ſplendoris faſtigium, ſedíque Apoſtolicæ (cui diuino & ſer

TESAVRVS SACRAE SCRIPTVRÆ.

AAron adiũgitur fratri ſuo Moſi ſocius, Exod. 41.4 16.30. ‡ 5.1. ‡ 16.13. ‡ 1.2. Mic. 6.4. fuit pronepos Leui, Exod. 6. 16.18. 20 peculiari ritu conſecratur cum ſuis filiis ad miniſterium ſacerdotij Leui. 8. Nu. 3.10. Deut. 18.5 Heb. 5.4. ſicut Dominus præſcripſerat Exod. 29. * ‡ 40.12 Aaronis & filiorũ ſacerdotalis ornatus. Exo. 29. * Aaronis ſacerdotis authoritatẽ qui noluerũt agnoſcere, inuſitato genere mortis intereũt, Exo. 16.3.11. 30.31. Aaron inſigni miraculo oſtenditur præ cæteris à Deo in Sacerdotẽ ſummũ electus, Exo. 17.5.8. poſt oblationem factã benedicit extẽſa manu populo, Exo. 9.22. iure perpetuo accipit pro officio ſacerdotali oblationes & primitias à populo Nu. 18.9 11.12 & à Leuitis decimas decimarum, Nu. 18.26.28 moritur, Nu. 20.28 ‡. 33.38 Deu. 10.6 ‡ 32.50 ſuccedit ei in ſũmo ſacerdotio Eleazar, Nu. 20.26 Deu. 10.6 Aaronis lau. Ecc. 45.7.8.9 *

Abarim mons vnde moriturus iam Moyſes terram Chanaam proſpexit, Nu. 21.11 ‡ 27.12 ‡ 33.44 Deuteronom 32.49.

Abba pater, Marc 14.36. Rom. 8.15. Galat. 4.6.

Abdemelech propugnator, & patronus Ieremiæ, Iere. 38.7. liberatur à gladio Chaldæorum, Iere. 39.16.17.

Abdenago mittitur in fornacem ardentem, Dan. 3.23 appellatur Azaria, Dan 1.6.

Abdias abſcondit prophetas Domini, 3. Reg. 18.3.13.

Abdon iudex in Iſrael, Iudi. 12.13.

Abel occiditur à fratre Cain, Gen. 4.8 1. Ioan 3.12 de eodem lege Matth. 23.35. Luca. 11.51. Hebræ. 4 ‡ 12.24.

Abiam filius Roboam rex Iuda, 3. Reg. 14.31 ‡ 15.1.2 Para. 13.15 reliquit Aſa regni ſucceſſorem, 3. Regum, 15.8. Matt. 1.7

Abiathar ſacerdos effugit manus Saulis, 1. Reg. 22.20. confugit ad Dauid in Ceilam, 23.6 cum Adonia ſe coniungit, 3. Reg. 1.7. amouetur ſacerdotio, 27. iuxta illud 1. Reg. 2.30.32.

Abidam dux Beniamin, Num. 1.11.

Abigail, vxor impij Nabal, 1. Reg. 25.3. nubit Dauidi regi, poſt mortem Nabal, 25.39.

Abihu & Nadab filij Aaron igne abſumuntur. Leuit. 10.2 Num. 26.61.

Abimelech ex Geraris aufert Abrahæ Saram, Gen. 20.2 init pactum cum Abraham. Gen 21.23.32. init pactum cum Iſaac. Gen 26.31.

Abimelech fili⁹ Gedeonis, Iudic. 8.31 occidit 70. ſuos fratres & ictu lapidis molaris interficitur, Iudic 9.5.53. ‡. 2 Reg. 11.21